Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Thomas Abbas Vigesimus 4tus.

Anno Domini 1615 post vacationem diernm 14 ab Obitu D. Melchioris, unanimi omnium consensu 29 Junii, ipso die Apostolorum Petri & Pauli electus est in Abbatem vigesimum 4tum domus huius F. Thomas Lugga Oenipontanus, cum 27 annos laudabiliter ptuisset Parochiali Eccliæ in Mais.

Electioni prafuit R.sus in Chro Pater & Dnus Joannes Pinorius Abbas Monasterii Cæsariensis, & imediatus Pr. ac Visitator nr. cum suo Notario R. P. F. Michaele Riegero illo tempore Secretario ac Seruitore, & duobus testibus R. D. Ruperto Camerlander parocho in Telfs, & R. D. Martino Petsch parocho in Mieminger.

Aderant quoqs de Regimine Commissarii missi à Ser. D. Maximiliano Archiduce, videlicet D. Albertus à Kolebrot, D. Ferdinandus Fieger, & Stremer Secretarius.

Peractis omnibus in Capitulo itum è ad Abbatiam, peunte Visitatore electum D. Abbatem, sequentibus Comissariis, ac Conuentu. Abbatiam autem aperuit pdictg Pr. Michael Notarius, clauesqs Abbatiæ ipse D. Visitator electo Abbati tradidit, qui dein obtulit Dno à Kolebrot, qui etiam accepti danibus nomine Serenissimi ei gratulabar, reddidiqs in signum investituræ temporalis.

Consecratio Abbatis.

Eodem anno ad initium mensis 7bris assumpto secum F. Wolfgango Lobersorg curru profectus è Cæsaream pro accipienda benedictione Abbatiali, qua inauguratus est octauo idus 7bris ab ipso pnominato D. Abbate Cæsariensi, Assistente ei Adm: R. D. Abbate Monasterii Bona Werdensis, & P. Priore Cæsar: F. Joanne Sedelmaier.

Proficiscitur Romam.

Anno Dni 1617 mense Aprili iter Romam instituit devotionis gratia. prosperè confecit iter, & salus optatissimusqs ad Monasterium rediit 14 Junii, pridie S. Viti Martyris, adductos secum insigni pictore Paulo Honnegger, & q° infra in ædificiis.

Præfuit Electioni Abbatis Mariamontani.

Anno Dni 1636 mense Octobri inter Vindemias uenit in Mais Ad: R. Pr. & D. Georgius Ochsner Weingartensis, tunc Administrator Monasterii in Marienberg, cum R. P. F. Mauro Baldung et Weingartensi, qui D. Abbatem nrm inuitarunt & precibus adduxerunt ut Electioni interesset ac præsset, cuius Assistens fuit Ad: R. Pr. Prior in Schnals. Testes ui electionis fuere F. Paulus Gay pro eo tpe Granarius in Stambs, & D. Parochus in Mais. Notarius Apostolicus aderat Senex qdam & Wurmbs. Electus a. in Abbatem, ut potius postulatg fuit Ad: R. D. P. Mathias Lanng Weingartensis.

S. Pontifex.

Paulus quintus. Obiit Romæ Anno 1621. mense Januario.
Gregorius decimus 9tus. creatus 9 Feb. eodm anno.

Cæsar.

Mathias. vixit annos 7. mortuus è Vienna 1619. mense Martio.

Ferdinandus. electus in Cæsarem Francofurti anno 1619 mense Augusto. Quem Deus custodiat ac seruet incolume pro tranquillitate Eccliæ suæ annos porrò plures P. & Gregorium Vniversalem Eccliæ Pastorem.

Comes Tyrolis.

Maximilianus Archidux pientissimus, Pater, fundator, & Confrater nr. Obiit Vienna in die Animarn anno 1619 sanctissime. sepultus è Oenipontè ad S. Jacobum.

Leopoldus Archidux Austriæ. Epus Argentoratensis & Pataviensis. cœpit gubernare nos Ferdinandi Cæsaris, & Caroli Epi Brixin: &c. fratrum, anno 1619.